



Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

III. Die Markgrafen Otto, Konrad und Heinrich vereignen das Dorf Jederitz der Stadt Rathenow, am 23. Okt. 1294.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54581](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54581)

etiam retractari, presentes litteras in evidens testimonium desuper conscribi iussimus et Sigillorum nostrorum appensionibus roborari, adhibitis Testibus, qui presentibus aderant subnotatis, ut Haffone de Wedele, Johanne de Oldenyllet, Buffone de Bellinge, Godefrido de Oldenhufen et quam pluribus aliis fide dignis. Datum ratenow, Anno domini M^o. CC^o. LXXXVIII^o, quinta feria proxima post Dominicam Misericordia domini, per manum Bernardi Curie nostre Notarii et Cappellani.

Nach dem Originale im Rathesarchive zu Rathenow. — Bei Buchholz IV, 115 mit der falschen Jahreszahl 1283.

III. Die Markgrafen Otto, Konrad und Heinrich vereignen das Dorf Jederitz der Stadt Rathenow, am 23. Okt. 1294.

Otto, Conradus et Henricus, dei gratia Brandenburgensis et de Landsberg Marchiones, Omnibus In perpetuum. Ne geste rei memoria labente tempore simul cum tempore dilabatur, dignum videtur et est, vt ea, que per nos fiunt, in acta publica redigantur. Hinc est quod vniuersis cristi fidelibus presens scriptum Intuentibus Cupimus esse notum, quod dilectis Ciuibus nostris in Ratelow, qui sunt et pro tempore fuerint, villam Gezeriz in vicino ibidem sitam damus jure proprio et in perpetuum cum omnibus iuribus et pertinentiis suis videlicet agris, lignis, pratis, pascuis, viis et iurvis, distinctionibus et metis, prout Thidericus de Berenwolde miles fidelis noster hactenus tenuit et possedit, Renuntiantes juri et proprietati nobis in ea competenti. Et ne nostris successoribus detur in posterum occasio malignandi, presentes Literas dictis Ciuibus et Ciuitati dari iussimus et nostrorum sigillorum firmari fecimus munimento. Testes hujus rei et donationis sunt Henricus de Stegeliz, Anselmus de Blanckenborg, Henningus de Jagow et Conradus dictus Rauen marscalcus noster, milites fideles nostri, et q. plures a. f. d. Actum Ratelow, sub anno M. CC. nonagesimo quarto, in die Beati Seuerini Confessoris, et datum per manus Domini Johannis Passeri Capellani et Notarii nostri, Canonici Stendaliensis.

Nach dem Originale des Rathesarchives. Fehlerhaft bei Buchholz Gesch. der Churmark Brandenburg I, IV, Urk. Anhang, S. 129.

IV. Die Markgrafen Otto und Konrad verpflichten sich, die bei der Stadt Rathenow errichtete Burg zu brechen und keine neue wieder zu erbauen, am 22. April 1295.

Otto et Conradus, dei gratia marchiones brandenburgenses, omnibus in cristo fidelibus presentes litteras inspecturis in perpetuum. Que felix donat voluntas principum aut roborat ordinando, fulciri solent testimonio litterarum, ne eorum posteris exinde aliqua dubietas oriatur. Inde est quod tenore presentium ad uniuersorum notitiam cupimus peruenire, quod inspecta uniuersa paupertate et victus necessarii acquisitionis infirmitate solertium virorum fidelium nostrorum et dilectorum Burgensium nostre Ciuitatis Rathenow et propter veram amoris dilectionem et fidelitatem, quam ad

Hauptzeit I. Bd. VII.